

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1019

Auteur(s) : Robert II des Ablèges, Bayeux (évêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1213

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Robert II des Ablèges, évêque de Bayeux, Guillaume de Semilly, doyen, et le chapitre notifient que Guillaume Arundel, chanoine de Pézerolles (Subles), fournira le luminaire de la grande couronne le jour de l'Épiphanie, dès les premières Vêpres, et ils étendent cette obligation à ses successeurs dans la même prébende.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCXXIX, t. 1, p. 279-280.

Texte établi d'après a

Universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentem paginam inspecturis, Robertus, Dei gratia episcopus, Willelmus, decanus, et capitulum Baiocense, salutem in eo qui est omnium salus. Veræ pietatis obsequium est, diebus quibus divina protestantur opera, puro corde gaudere, et ea, quæ ad nostram salutem gesta sunt, honorifice celebrare. Veneranda itaque Epiphaniæ Domini sollennitas, tribus nostræ salvationis ornata miraculis, spiritualium dat nobis perseverantium gaudiorum, ut exultationis vigor et fidei fervor non tepescat. Hujus igitur rei consideratione pia, magister Willelmus Arondel, dilectus canonicus noster, ad ecclesiæ nostræ suspirans ornatum, nobis declaravit quod memoratæ festivitatis die sanctissima, ad augmentum læticiaæ uberioris, quoad præbendæ suæ de Peseroles beneficium possederit, ecclesiæ nostræ coronam revolutione annua curabit accendere, cum eo honore quo sollennitatibus aliis sollennius solet illuminari. Hoc scilicet adjecto, quod ejusdem sollennitatis die, ad priores Vesperas, eam illuminabit: quod antea aliquis alius nequaquam facere consuevit. Hanc igitur liberalem ipsius largitionem perpetuari desiderans, ad successores suos extendi postulavit, quatinus et ipsi, ex nostra institutione, ad præscriptæ devotionis exhibitionem tenerentur astricti. Nos igitur, laudabili ejus desiderio promptissimum sicut decuit præbentes assensum, statuimus ut quilibet, ei in præbenda de Peseroles successorus, pari honore horis determinatis, die illa, coronam cereis adornet accensis. Ad ejus itaque rei debitam executionem, ejusdem Willelmi successoribus imposuimus necessitatem ut, cum præbenda illa aliquem investiri contigerit, sub nostra, vel nostrorum præsentia successorum, sollenni pollicitatione ad prædictorum observationem se nobis astringat. Quod siquidem, quum nobis expedit, inconvolsum volentes persistere, nostram huic rei, quam decet, impertinentes auctoritatem, id ipsum perhennis scripti testimonio fuimus prosecuti, sigillorum nostrorum appensione roborantes. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo tercio decimo.